



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Franciscus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Mors. go, parce his; & novos fidei
Os. magistros eis mitte. Sic obiit.
 Aiunt, in ore occisi reper-
 tum cereum agnum Dei, im-
 presso SS. IESV nomine in-
 signem, quem paulò ante ori,
IESVS. velut pro tessera sui agonis,
 immiserat.

P. Petrus Berna.

Italus. Idola euertit; formica-
ibid. rum gregem (quem barbari
etat. 30. colebant) egestâ terrâ dissi-
Soc. 6. pauit, & sale consperxit; illis
 id perquàm indignè furen-
Fides. terque ferentibus. Inde
 coortum in illum ex illo fi-
 dei zelo plurimum odium; &
 pulchra mors. Vertex illi
 amputatus; oculus alter telo
 traiectus.

P. Antonius Franciscus.

Lusitan^o. Solebat hic inter eleuan-
ibid. dum in sacrificio sacram ho-
Sacrum. stiam martyrium à Deo fla-
 gi-

gitare; vt per illud hostia fieret Deo viuo. Ipso quo cæsus est die, sacer sanguis in calice sacrificantis ad calicis vsque labrum exundans ebullijt, diuinâ significatione mirabilis, & cor accendens.

Franciscus Aranea. Coad.

Lautâ domi re natus. Coculinijs dicebat; se apud illos templum Christo excitandum moliri; quemadmodum alibi quoque iam fecerat. Illi rabie inde incensi, ferro in gutture, ferro in costis vulneratum atque prostratum, seminecem circa idolum raptauère. Cùm iuberetur pede altero stans idolum supplex adorare, ac id execratus, negaret se lapidibus daturum quod Dei esset, arbori alligatum, pro

*Lustan^o.
ibid.*

Fides.